

SCIPIONIS
GENTILIS

IVRISCOS.

DE JURISDICTIONE

Libri III.

Ad Sereniss. Principem

FRIDERICVM IV.

Electorem.

Cum INDICE gemino.



Cum grat & Priuileg. S. Caf. Majest. ad sexennium.

FRANCOFVRTI,

Apud hæredes Claudij Marnij.

M. DC. XIII.

Expurgare este libro conforme al
expurgatorio del año de 1602. con comi-
sion del Santo Tribunal año dado
y firmado año Conste la fime en ^{ca} ~~Madrid~~
y febrero 23. de 1582. B. de ~~Tras~~ ~~de~~ ~~Alcalá~~

SUMMA PRIVILEGII.

CÆSARÆ MAIESTATIS privilegio cautum est Andrea We-
cheli hereditus, Claudio Marnio, & hereditus Ioannis Au-
brii, ne quis hos Scipionis Gentilis de Iurisdictione libros tres intra
S. Romani Imperij & omnium regnorum ac prouinciarum impe-
rialium fines, eodem vel alio characteri excudere, aut vbiunque
recudēdos dare, aut alibi impressos importare, videri vel distrabe-
re palam vel occulte ausit. Idem privilegium eis concessum de aliis
etiam antēteribus in philosophica, medica & iuridica facultate, a-
liisq; disciplinis liberalibus, ad sex cuiusq; editionis annos. Quod
sacra Maiestatis interdictum si quis neglexerit, non modo libris ex-
pressis, verum etiam insuper decem marchis auri puri, imperiali fi-
sco fraudis vindici & dñtis Wecheli hereditus, ex a quo soluendis
multabitur, ut latius in Cæsareo diplomate declaratum est. Data
Vienna 25. mensis Maij, anno Domini 1582.

RVDOLPHVS.

V. Io. Bapt. VVeber.

Ad mandatum S. Cæs. Majest. proprium.

P. Obernburger.

Serenissimo Principi.

FRIDERICO IV.

ELECTORI

PALATINO RENO COMITI

Sac. Rom. Imp.

ARCHIDAPIFERO ET


VII. viro Bauariarum Duci

S. D.

SCIPIO GENTILIS.



SERIVS, quam volebam, liber hic meus ad te venit, magne ELECTOR. ante annum, & amplius oportebat; itaque destinaram. Cum enim Ambergam olim venisses, lautissimam ditionis tuæ urbem, ea fuit & tam illustris, atque testata clementissimi erga me animi tui significatio, vt me non hominem putem, nisi ad alia beneficia, quæ in me cōtulisti, eius quoque rei æternam memoriam iucundissimāque conseruarem. Eo quidem tempore cogitare serio cœpi ac circumspicere, num-



SCIP. GENTILIS


IURISCONSULTI

DE IURISDICTIONE

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Iurisdictionis significationes.



M N E imperium atque omnis ius-
sus eorum, qui publice aliis præ-
sunt, latissima iurisdictionis signifi-
catione continetur. Summa est pe-
nes Principem potestas omnium
rerum. Innumerabilia autem sunt, quæ pro pote-
statè illa agit, in quibus nullum ius dici, nullam
versari iurisdictionem, vt est communis & civilis
horum verborum vsus, recte dixerimus. Nec ta-
men imperiè, si quis iis in rebus ea verba usur-
pauerit, locutus videri debet. Hinc illa vox Roma-
ni Principis apud Senecam lib. 1. de Clementia:
Quæ ruant vrbes, quæ oriantur meâ iurisdictione est. Id etiã
maxime conuenit origini huius nominis, quod ex
iure & dicendo est. Quæ te apud Lium legas,
iurisq; dictio. In vtroq; vocabulo, authoritas, im-
perium, iussus in sunt. Vere enim ius à iubendo, & dic-
cere, pro potestate atq; imperio dicere: vnde & Di-
ctatores adpellati. & Græcorum est Δίκτης, quæ Germa-